# Suffragium I.
## de
# Prærogativa Pacis.

Si impræsentiarum mihi, Viri Nobilissimi, Amplissimi, Excellentissime, Consultissimi, Prudentissimi; Viri item plurimum Reverendi, Excellentissimi, Juris utriusq; Peritissimi, Experientissimi, Clarissimi, Præstantissimi, Doctissimi; Tuq; lectissima lectissimorū juvenū Corona; Si, inquam, Isocratis jam mihi jucunditas, Lysiæ subtilitas, Hyperidis acumen, Æschinis sonitus, Demosthenis vis, aut alia quæ eloqentia divina contingeret: larga omninò orationis flumina effundere, aut mellitis verborū globulis ludere vellem: ut sic quidem paulò copiosiori æq; ac politiori oratione inter Vos oēs, l. ipso Momo judice, constaret, ac planum fieret; Pacem ōio multis post se parasangis bellum, rem minimè bellam, relinquere. O me miserum verò! cui tot tantæq; dicendi obstant difficultates: ut, si licet l. ipse Tullius, aut Demosthenes forem, vix superare possem! Ecce n. primum mihi obstat mea adolescentia, q in hâc ipsâ ineunte ætate cum judicii de rebq ardui dibq ferendi infirmitate conduplicari solet. Deinde me sententiarū de Pacis ac belli præeminentiâ terrent diversitas: q ipsa qq. tam varia sti: ut mentem non nisi in diversa trahere possint, atq; in ancipitia collocare. Est et natura cæterea rerū Civiliū, quo pax, et bellū quoque referri ~~rimtur~~ solent, tam variabilis: ut ingens negotiū, commutatione sæpè leviculâ circumstantiarū, quas vocant, cōstantiâ, prærogativæ suæ splendore amittat: qm alio habitu, aut conditione paululum aliâ, visum erat sinsigniter custodiri. Temporū imprimis, ac casuum ~~[illegible]~~ multiplex, ac diversa ratio non exiguum injicere mihi heic sst. scrupulum